1278 *From Kingsholm* prope Glevum (*Gloucester*); servatur in museo Britannico. Lamella aenea perparva, inscripta sunt supra foramen signa haec

† ⊦
o

Lysons reliq. Brit. Rom. II 1 tab. 15 fig. 13. Siquidem Romana est, potest fuisse exagium.

1279 *Bossens*, prope *St. Erth* (*Cornwall*), pondus, ut vocatur, lapideum rep. una cum patera supra n. 1. Inscriptum est

X

Borlase *Cornwall* p. 316 tab. 28 fig. 4.

1280 Eburaci [mus. H 305] pondus cretaceum, inscriptum utrimque litteris in altum extantibus

a XII
b VVVV'

Descripsi; etiam *b* mihi visae sunt litterae esse, neque vero intellexi.

1281 Glevi (*Gloucester*), statera aenea, *well preserved, wanting only the hook to which the weight was fastened; one side of the beam is divided into six parts, each of which is subdivided into twelve, the only number marked on this side is*

V

The other side has inscribed on it the numbers

V X XV XX

Archaeologia 10, 1792 p. 132 tab. 13 fig. 1—3 (inde Goughs Camden 1 p. 391).

1282 Statera aerea Londinii reperta, quae simul groma est (unciae pedis lineis indicantur); inscripti sunt numeri hi

X IIIIV IIIV IIV IV V IIII|

C. R. Smith *Roman London* p. 144 ligno incisam.

LXXXII. SVPELLEX EX AVRO ET ARGENTO.

Titulos in auro (n. 436; cf. p. 62 ante n. 231) argentoque (n. 80. 81. 217) scriptos supra iam aliquot proposuimus; hoc loco, uti consentaneum est, relliquias supellectilis aureae et argenteae addimus. Scilicet aurea duo tantum supersunt fragmenta (n. 1283. 1284), quae cuinam usui fuerint destinata incertum est; alterum accedit monumentis aevi Diocletiani in Britannia perquam raris. Ex argento paullo plura supersunt: vascula sacrum (n. 1285) et profana (n. 1286. 1287) et cochlear (n. 1288). Omisi vero lamellam auream Eburacensem inscriptam titulo gnostico Graeco (Wellbeloved Eburacum p. 133 tab. 17 fig. 15; Kenrick *proceedings of the Yorkshire philosophical society* 1, 1855 p. 95 ss. 106 ss.), quam ibi in museo vidi. Alia eiusdem generis lamella aurea inscripta titulo gnostico servatur in *Carnarvon*, teste Alberto Way.

1283 Iuxta *Kirkpatrick*, *near the Roman road where it enters the parish of Moffat* (non procul ab *Tatinsholm* versus septentriones, prope *Lockerby*, *Annandale*, *Scotland*), *there was found in a moss* c. a. 1787 *a piece of gold in semicircular form, evidently a fragment, in length 3—4 inches. On the outer edge it was ornamented with a border, in which were the following letters formed by cutting through the interstices*

IOV·AVG·VOT·XX

Gent. mag. 57, 1787 p. 540 cf. p. 579; Sinclair *statist. account* 3 p. 522 (inde Wilson *prehistoric annals* p. 395; Stuart p. 235).

Lamella aurea videtur periisse; unde de usu eius nihil statui potest. Indicatur sine dubio Diocletianus, cuius nomen primarium fortasse inscriptum erat in altera lamellae parte, quae periit.

Iov(io) Aug(usto) vot(a) XX (vicennalia)

1284 Ansa aurea (*of pure gold, soft and pliable*) rep. *on Mr. Irvine's estate at Cowe, about a mile west of the church of Kirkpatrick-Fleming* (*Ecclesfechan*): longa erat dig. 7½, pondo 2½ *ounces and 15 grains, round and slender in the middle, but thicker at the ends and of a conoid form* plus minus, *terminating with a flat circular plate.* Ab altera parte impressum est

HELENVS FECIT

ab altera litteris, quae punctis constant, scriptum.

. . . . III M B

Pennant *tour in Scotland* [1772] 1 (1774) p. 91 s. (inde Goughs Camden 4 p. 63; Stuart Caledonia p. 256, male uterque). Titulus alter sine dubio pondus indicat.

1285 A. 1812 prope Pontem Aelium (*Newcastle*) in vico *Backworth*, ut is, qui vendidit, affirmavit, reperta sunt vascula argentea duo, quorum maius continebat anulos aureos quinque, argenteum unum, catenas ex auro duas, monile aureum, fibulas argenteas auratas duas, cochlearia argentea tria, deinde denarios circiter 289 cum nummis duobus aeneis Antonini Pii (inventum hoc dici solet *the Backworth find*). Anulum aureum inscriptum dabimus infra (n. 1299). Thesaurum emit Watson aurifex Aelianensis; deinde habuit Ioh. Brumell; per Eduardum Hawkins venit in museum Britannicum, ubi servatur. Vasculum argenteum minus est patera ansata diametrum habens dig. 4¾, alta vero dig. 3½; ansae eius affabre foliis et floribus ornatae inscriptum est

MATR·FAB
DVBIT

Descripsi. Hodgson 2, 3 p. 440; I. Bell Archaeol. Ael. 2, 1848 p. 167 tab. 4 fig. 1; E. Hawkins *archaeol. institute, Oxford meeting*, 1850 p. 121, *archaeol. journ.* 8, 1851 p. 35; Bruce lapid. n. 535.

Matr(ibus) Fab(ius) Dubit(atus)